Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8277
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

ne remaneat anguis sub herba ad maiorem expressionem cora Nicolao papa
multis et presulibus est confessus panem et vinum qui in altari ponitur
post consecracionem non solum sacramentum sed eciam verum corpus et sanguinem
xpi esse Et sensualiter non solum sacramentum sed eciam in veritate ma
nibus sacerdotum tractari et frangi et fidelium dentibus atteri Non autem
ut corpus xpi in partes dividitur vel dentibus laceratur cum sit immortale
et impassibile Set in qua fiat fraccio ut attricio beatus Augustinus osten
dit dicens Quando xpus manducatur reficit non deficit Nec cum manducatur
partes de illo facimus Et quidem in sacramento sic fit Ita et xpus Carnales
sensus discipulorum redarguit dicens Qui putabant carnem eius sicut alia car
ne dividenda in partes et morsibus laceranda De autem forma panis
Non qui sit sed qui fuit Sic dicebatur Primo legitur non quod talis exis
tat sed quod talis extiterat Si vero queratur Quid a mure come
ditur cum sacramentum corroditur vel quid incineratur cum sacramentum crematur Dicen
dum quod sicut miraculose substancia panis convertitur in corpus domini incipit
esse sub sacramento Sic quodammodo miraculose revertitur cum ipsum ibi desinit
esse hic obstante miraculo falso trahi argumentum a coniugatis Sic
alibi falso trahi a coniugatis Est enim hic color et sapor Quantitas
et Qualitas cum nichil alterutro sit coloratum ut sapidum Quantum
aut Quale Miraculum quippe vincit naturam et legi distrahit dispensacio
Sane in natura dei est Trinitas personarum patris et filii et spiritus sancti
In ypostasi filii est trinitas substanciarum Verbi panis et vini et aqua
In natura dei nec est accidens in substancia Nec substancia sub accidente In
ypostasi filii et est accidens in substancia et substancia sub accidente
In sacramento corporis accidens non est in substancia sed substancia consistit
sub accidente.

Quale dedit corpus xpus in cena

Dedit Queri solet Quale xpus corpus suum dedit in cena Mortale
an Inmortale passibile an impassibile etc. Que ad hanc questionem ar. certa
pertinent Ego divina sacramenta magis veneranda quam discucienda profiteor
simpliciter Simplicitatis fidei tutus sufficere Si dicatur quod tale dedit quale voluit
Et Rursus Quale dedit ipse novit suscipere tamen quidam quod sic idem
ipse videlicet erat qui dabat et qui dabatur Ita in eo quod dabat erat pas
sibilis Sic visibiliter gestabat et invisibiliter gestabatur Invisibiliter
in ipsum quantum ad formam corporis Non quantum ad speciem sacramenti Nam
in eo quod gestabat quod erat hoc apparebat In eo vero quod gestabatur
quod erat ipse non videbatur Quia formas panis et vini valebat
forma carnis et sanguinis hic est verus id est David qui cora achis
rege ferebat suis manibus ferebat Cum igitur immortalis dabatur
incorruptibiliter edebatur Hoc perfecto concedunt posito quod pars
aliqua sacramenti per triduum mortis xpi reservata fuisset Idem